consentiendum esse non dubitavimus consentimusque hisce literis nostris Ita cum supramemorato Dno Epo Coadiutor fuerit adoptatus aliis nostris eadem literis non expectatis atque adeo etiam si forte prius Dominus Episcopus mortuus fuerit quam eius Coadiutoriae diploma a Sancta Sede Aplica desertatus Episcopatus Cosnariei adipiscendi plenum ius sit habiturus.

Limitatio.

Significamus etc. Quia nos causam et actionem ex citatione nostra Literali ad Iudicium nostrum hic ad praesens devolutam inter Generosum N. Actiorem nostrum Actorem ex una et Venerabilem et Religiosos Abbatem totumque Conventum N. Monasterii citatos partes ab altera Ratione Vadionum Ducentorum flor. ob non solutionem pro duabus ratis Annorum duorum prox. praeteriti unius vero Anni Dni N. alterius vero N. summa essentialis seu Capitis Centum flor. per olim antecessorem ipsum citatos Venerabilem olim Abbatem N. eidem Gnoso N. apud acta Castren. N. pensionis annuae nomine in annos singulos ad tempora vitae suae inscriptae et obligatae succubitorum de suplentares et voluntaris consensu ipsarum partium hinc ad sexdecimum diem post Felicem nostrum ex Magno Ducatu Lith. in Regnum ingressum limitandam et prorogandam duximus limitamusque et prorogamus praesentibus. Pro quo quidem die et tempore supradictis habiturae sunt partes praefatae coram nobis et Iudicio nostro ubicunque locorum protunc cum Curia nostra feliciter constituemur eundem comparendi terminum quem hic ad praesens vigore citationis praefatae habuerunt vel habere debuerunt N. ulliusque partium iuribus tamen illis salvis et in vigore suo conservatis. In quorum etc.

Condonatio culpae homicidii

Notum testatumque facimus quorum scire interest universis et singulis Ditionum nostrarum hominibus Graviter nos quidem moleste tulisse quem Nobilis N. Cancellariae nostrae Notarius Honestum N. occidisse dicitur sed tamen postea cum non consulto sed fortuito seseque defendendo eum eadem illam fecisse ex Consiliariis nostris qui nobis pro illo diligenter supplicaverunt Non ignorantes peccata non censeri neque dici peccantium sint voluntaria adducti sumus ut pro solita clementia nostra praefatum Nobilem N. omne hoc caedis enormitatem culpamque et poenam condonandam duceremus sicuti iam hisce literis nostris condonamus et dimittimus absolvendo eum liberumque sententia nostra Regia eo nomine esse et perpetuo fore pronunciantes Ea tamen lege et conditione ut cum consanguineis interfecti transigere cum de homine occiso et in gratiam redire omnino debebit volumus In cuius etc.

Condonatio perlucrorum

Significamus etc. Impetrasse a nobis Magnum N. aliosque

388